



Per.  
Lat  
020

Lateinische Jugendzeitschrift.

Latin ifjúsági folyóirat.

Revue latine de la jeunesse.

Administrator (kiadóhivatal — Geschäftsstelle — administration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 142-215).

Moderator (szerkesztőség — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscripsa mittantur: Josephus WAGNER DR., Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268-634).

Prodit Budapestini quotannis decies. Preium subnotations an. 1938—39. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyarus (vulgo: chèque) aerarii comparsorum postalis in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, ut autem schidulis Coupon réponse internationals appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, preium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

## Victorius Emmanuel III diem natalem LXX celebrat.

(Lectoribus maioribus.)

Mihi — Iosephi Wagneri, professoris sodalisque optimi rogatu de *Victorio Emmanuel III Rege atque Imperatore* dicturo — susceptum onus, quandoquidem tanta, eo regnante ab Italiam domi militiae que congesta est rerum moles, ut vix Livianum illud opus, nedum commentatiuncula sufficiat, haud facile videtur. Quae cum ita sint, potissimum dumtaxat rerum lineamentis, quo facilius aptiusque propositum munus absolvam, describendis operam navabo; neque rursus abstinere possum, quin benevolos lectores hoc humanissime monitos esse velim. Liviigitur Patavini vestigiis insistens facturusne sim rem tanto *Rege* totque rebus gestis dignam, haud scio, nec, si sciam, dicere ausim;<sup>1</sup> solabor vero, si *sanctam Victori Emmanuelis Regis atque Imperatoris imaginem* descripsero, qui iure meritoque VICTOR (convenit enim tanto Viro nomen) atque *Beniti Mussolini*, summi Italorum Duxis, operā, Aethiopum Imperator nuncupatur. Victorius igitur Emmanuel huiusc nominis tertius, III Id. Nov. an. MDCCCLXIX natus,

summā rerum III Kal. Aug. an. MCM post patrem — Humbertum I. Bonum (1844—1900) — inter universorum Italorum lacrimas necatum, est potitus. Antequam vero ad regni gubernacula sederet, Helenam Petrovicam auspicato uxorem duxerat. Aspera quidem regni fuerunt primordia; etenim ea tempestate Itali partium studiis afflictabantur; at is nunquam de patriae salute magnitudineque desperavit; quin immo sollertiaissimum rerum



V. Emmanuel cum Nicolaus Horthy gubernatore curru vehitur in palatium regium Budapestinense (a. 1937).

<sup>1</sup> ausus sim

moderatorem instar nautae, quem impavidum nimboſi immittisque coeli, procelloſi inhorreſcen- tisque maris feriant ruinae, ſe uſque praebuit, atque uni Italorum felicitati augendae operam dedit. Quam ob rem animorum consenſui instau- rando atque exteris nationibus ad ſe alliciendis ſtuduit; insuper ut coloniarum neceſſitas obti- nendarum longe lateque pateret, nixus eſt. Cum vero bellum illud memorabile universarum gentium eſt conflatum, tunc quanto patriae amore flagra- ret Itala gens, patuit; neque vero, quando regis exemplum ante oculos habebant omnes, aliter fieri poterat.

*Victorius enim Emmanuel* paene miles, humili quidem at nobili ſago cinerareo viridi indutus, huc et illuc promontium iuga, inter copias diſcurrere,<sup>2</sup> militem hortari,<sup>2</sup> unicuique pugnanti levatione, prodigus ſui, ad capessenda pericula audax eſſe;<sup>2</sup> nullo fatigari labore, ſomnii vigiliarumque tempo- rum diſcrimina neglegere.<sup>2</sup> Post confectum bellum domum revertit, atque, ut ſuperius diximus, *Rex Victor* eſt renuntiatus.

Sed diſcillima inſecuta ſunt tempora: auda- ciores enim in dies fieri,<sup>2</sup> qui novis rebus ſtudebant; inter ſe de principatu certare<sup>2</sup> legati populares legi- bus ferendis atque res publica velut fluctibus agi- tari.<sup>2</sup> Tunc autem *Victorius Emmanuel III* Virum Ampliſſimum futurumque rerum Italicarum in- ſtaurarem, *Benitum Mussolinum* videlicet, ad ſe adſcivit eique regni inſtaurandi potestatē commiſſit.

Ex illa tempeſtate, quae *Lictoria* appellatur *Aetas*, novus exortus eſt rerum ordo, atque dilec- tissima Patria noſtra vidit ſuam in dies auctam maiestatem, ampliatos regni fines, atque, mirabile dictu, confecta Lateranensia, quae appellantur, cum Summo Pontifice Pio, huius nominis XI, pacta et denique Aethiopicum ſibi, quamvis LIV obſtantibus nationibus, adiunctum Imperium. Quam ob rem, ex *Ducis* ſententia, «*Potens usque inter omnes nationes ſedet Italia*».

Prof. Iohannes Baptista Bellissima. Pisae (in Italia)

<sup>2</sup> inf. hist.

## LECTORIBUS MINIMIS.

### locosa.

I. Ioca diſcipulorum gymnasii Academici Budap.

1. In taberna liquorum — quae vulgo «bar» dicunt — urbis Chicago grassator (vulgo: *gangster*) quidam alteri: «Vidistine — inquit — illam dominam, quam saltavi? Nunquam tam bellas margaritas<sup>1</sup> vidi, quam illa habuit».

«Monstra mihi, velim videre, sodes.<sup>2</sup>»

«Iam non<sup>3</sup> eſt<sup>3</sup> opera<sup>3</sup> pretium.<sup>3</sup> Nam margaritas illa tantum — habuit.»

2. «Conservastine praescriptum meum» — inter- rogat medicus aegrotum —: «Quotidie ternae pilu- lae et poſtea modicus haustus<sup>4</sup> aquae<sup>5</sup> vitae<sup>6</sup> Cona- censis?<sup>5</sup>»

«Certissime, domine medice — respondet pa- tiens — ita autem, ut pilulae trium hebdomadum<sup>6</sup>

reſtarent<sup>7</sup> mihi, quod autem ad Conacum attinet, <sup>8</sup> praescriptum tribus hebdomadibus praecurri!<sup>9</sup>

3. Magister<sup>10</sup> symphoniacorum<sup>10</sup> ad possessorem deverſorii<sup>11</sup>: «Des<sup>12</sup> mihi veniam<sup>12</sup> domine, iam uno mense diutius mercedem non accepi...»

Poſſessor: «Veniam do tibi!»

4. Medicus anxi<sup>13</sup> interrogat aegrotum: «Inter- dum vexat te ſitis<sup>14</sup> magna?»

«Non! Non ſino rem adeo<sup>15</sup> duci!<sup>15</sup> — reſpon- det ille hilariſter.

5. Ephemeris<sup>16</sup> provincialis<sup>16</sup> enarrat: Rusti- cus quidam avarus filium, qui ex dente<sup>17</sup> labora- bat,<sup>17</sup> ad tonsorem<sup>18</sup> misit, ut ille tantum relaxa- ret<sup>19</sup> dentem dolentem. «Relaxatum — inquit — ego iam facile extraham tibi — gratis!<sup>20</sup>

Andreas Besskó.

6. Apud mensam. Pater et filius vescuntur<sup>21</sup> apud mensam. Pater: «Cur edis — inquit — tam celeriter, mi fili? Cibi non fugient te et temporis quoque ſatis habēmus.»

Filius: «Temporis quidem ſatis, mi pater, ſed, ut video, cibos paucos.»

A. Kerényi.

7. Faber<sup>22</sup> ferrarius<sup>22</sup> docet tironem:<sup>23</sup> «Ergo, ſi ferrum fervens<sup>24</sup> incudi<sup>25</sup> admoveo et capite annuo,<sup>26</sup> feri<sup>27</sup> id vehementiſſime!» — Quo facto faber ferrarius in valetudinarium<sup>28</sup> confracto capite portatus eſt.

Edmundus Cſeh.

8. A: Quodnam<sup>29</sup> eſt animalium infortunati- ſum? — B: Tinea.<sup>30</sup> — A: Cur? — B: Quia aestate in amictu<sup>31</sup> hiemali,<sup>31</sup> hieme in veste balnearia<sup>32</sup> eſt.

9. Medicus inſpicit<sup>33</sup> puerulum et dicit: «Sus- pira,<sup>34</sup> deinde dic ter: viginti!» — Et puerulus postquam ſpiravit: «Sexaginta!» exclamat ſu- perbe.

P. Lechner.

### II. Ioca diſcipulorum gymnasii IPEA.

10. Aegrotus medico queritur: «Eheu, ego minus proſperā<sup>1</sup> valitudine<sup>1</sup> utor!» Medicus cum

<sup>1</sup> gyöngysor = Perlen = perles    <sup>2</sup> kérlek = bitte = je te prie    <sup>3</sup> kár a fáradságért = es ist nicht der Mühe wert = cela ne vaut pas la peine    <sup>4</sup> korty = Schluck = gorgée    <sup>5</sup> brevius: Conaci; vulgo: cognac    <sup>6</sup> hét = Woche = semaine    <sup>7</sup> még esedékes, hátra van = übrig bleiben = reſter    <sup>8</sup> a konyakot illeti = betrifft = quant à    <sup>9</sup> már előre vagyok = ich bin voraus = je suis en avance    <sup>10</sup> kar- mester = Kapellmeister = chef d'orchestre    <sup>11</sup> szálloda = Gasthof = hôtel    <sup>12</sup> bocsánat! = Verzeihung = pardon!    <sup>13</sup> aggodalmaskodva = ängſtlich = anxieux    <sup>14</sup> szomjúság = Durſt = ſoil    <sup>15</sup> odáig jutni = so weit kommen = aller si loin    <sup>16</sup> vidéki ujság = Provinzzeitung = journal de province    <sup>17</sup> fog a fáj = der Zahn ſchmerzt = avoir mal aux dents    <sup>18</sup> borbélly = Barbier = coiffeur    <sup>19</sup> megla- ztani = lockern = ébranler    <sup>20</sup> ingyen = unentgeltlich = gratis    <sup>21</sup> étkezni = speisen = manger    <sup>22</sup> kovás = Schmied = forgeron    <sup>23</sup> inas = Lehrling = appren- ti    <sup>24</sup> izzó = glühend = incandescent    <sup>25</sup> üllő = Amboß = enclume    <sup>26</sup> int = winken = faire un ſigne    <sup>27</sup> csapj rá = ſchlag darauf = tape dessus    <sup>28</sup> kórház = Krankenhaus = hôpital    <sup>29</sup> melyik? = welches? = lequel?    <sup>30</sup> moly = Motte = mite    <sup>31</sup> télikabát = Winterrock = manteau d'hiver    <sup>32</sup> für- dő = Bade... = de bain    <sup>33</sup> megvizsgálja = untersucht = viſiter    <sup>34</sup> mély lélezgetet vesz = tief Atem holen = aspirer profondément

<sup>1</sup> egészségi állapotom nem valami jó = mein Gesundheitszustand ist nicht sehr gut = ma santé n'est pas brillante

inspicit, deinde consolari<sup>2</sup> volens : «Cardiopathiam<sup>3</sup> incipientem — inquit — habes, sed ego non anxius sum». — «Credo equidem, domine doctor — respondet aegrotus —, nam si tu cardiopathiam haberet, neque ego anxius essem».

11. In vico puer morbillis<sup>4</sup> convalescens<sup>5</sup> medicum alloquitur : «Quid mihi dabis, si morbillos in schola diffudero?» *Georgius Léndárd.*

12. *Male<sup>7</sup> avaro accidit.<sup>7</sup>* Doctor<sup>8</sup> scenicus<sup>8</sup> popularis, qui ob avaritiam clarus est, in thermopolio<sup>9</sup> illustri cenat. Cenam totam edere non potest, et frusta<sup>10</sup> pernae<sup>11</sup> in catino<sup>11</sup> manent. Relinquere molestum est,<sup>12</sup> sed domum secum portare pudet.<sup>13</sup> Ergo puerum<sup>14</sup> coffeariae<sup>9</sup> venire iubet et : «Pecor — inquit — colliga<sup>15</sup> haec frusta pernae. Domum feram cani meo». Puer abit et paulo post fasciculum<sup>16</sup> multo maiorem reportat. «Quam magnus est!» — dicit avarus hilariter. Puer thermopolii benigne respondet : «Etiam ossa circumrosa<sup>17</sup> in fasciculo caniculae<sup>18</sup> posui». *Petrus Resofszki.*

13. *Potus<sup>19</sup> inebriantes.<sup>20</sup>* Aliquis medicum interrogavit, utrum voluptas potuum inebrium sitne bona an nocens sanitati. Interroganti ille respondit : «Potus inebriantes venena<sup>21</sup> saccharo<sup>22</sup> condita<sup>22</sup> sunt, quae dant vitam eis, qui istos potus vendunt, et mortem iis, qui isto fruuntur.<sup>23</sup>»

*G. Neuhauss.*

### III. Ioca aliorum.

14. — Quid interest<sup>24</sup> elephantum inter et serpentem?<sup>25</sup>

— Elephantus est bestia cum proboscide<sup>26</sup>, sed serpens est proboscis sine bestia.

15. Magister : Tu Carole, quid scis de vita Ciceronis?

Carolus : Cicero natus est... (pausa).

M. : Probe scimus! Sed quando... ubi...?

C. : Cicero natus est anno... (pausa maior).

M. : Nunc? Audio nil!

C. : Neque ego! Ob<sup>27</sup> id<sup>27</sup> ipsum<sup>27</sup> taceo!

*H. Mulder* disc. Kaatsheuvelensis (in Batavia).

16. Vir quidam officinam<sup>28</sup> medicamentarii<sup>28</sup> intrat, ut morphinum emat. Cum medicamentarius medicamentum exoptatum sine praecerto medici dare recusaret,<sup>29</sup> ille : «Putas ergo me — inquit — hominem, qui me ipsum interficere volo?» — «Nescio — respondet medicamentarius — sine dubio, si talis essem, qualis tu, in discri-<sup>30</sup> men<sup>30</sup> adducerer,<sup>30</sup> ut id facerem.» *Ludovicus Perez* disc. Szeghalomensis.

17. *Ex dissertatione<sup>31</sup> cuiusdam viri docti.* «Quam frequens<sup>32</sup> stultitia sit, verba mea lectori statim demonstrabunt...»

18. *Saltatio.<sup>33</sup>* Juvenis : «Cara Anna, si te non video, mea vita est desertis<sup>34</sup> simillima!» — Anna : «Iam intelligo, cur saltes camelio similiter.» *Alexander Tóth* disc. Szeghalomensis.

19. *In mari.* Praefectus navis imperat, ut ex cubiculo<sup>35</sup> XL-o Cingarus<sup>36</sup> mortuus nocte in mare iniciatur. Hoc Joanni mandatum est. Postero die praefectus navis cubiculum intrat et videt cada-<sup>ver<sup>37</sup></sup> ibi iacere. «Quid est hoc, Ioannes, cur non functus<sup>38</sup> es officio tuo?»

Inieci hominem hinc e cubiculo LXI-o in mare» — respondet Joannes.

«O miserrime — exclamant praefectus —, ille adhuc vivebat!»

«Dixit quoque, domine, se non esse mortuum, — excusat se Joannes — sed ego non credidi, quia isti Cingari semper mentiuntur<sup>139</sup>»

20. *Definitio.* «Cur delatus es huc?» — interrogat captivum custos carceris. — «Propter cursum<sup>40</sup> tardum.» — «Fortasse cursum celerem vis dicere?» — «Non. Lente gubernavi automobile furto<sup>41</sup> abactum<sup>41</sup> et reprehensus<sup>42</sup> sum.»

*Zoltanus Tóth* disc. Jászberényiensi.

<sup>2</sup> vigaszta = trösten = consoler <sup>3</sup> szívbaj = Herzleiden = cardiopathie <sup>4</sup> kanyaró = Masern = rougeole <sup>5</sup> gyógyulófelben lévő = genesen = guérir <sup>6</sup> elterjeszteni = verbreiten = répandre <sup>7</sup> pórul jár = es ergeht (ihm) schlecht = mal en prend au... <sup>8</sup> színpadi rendező = Bühnenleiter = metteur en scènes, régisseur <sup>9</sup> kávéház = Kaffeehaus = café <sup>10</sup> sonkaszetelet = Schinkenschnitte = tranche de jambon <sup>11</sup> tányér = Teller = assiette <sup>12</sup> sajnálja = es tut ihm leid = regretter <sup>13</sup> restelli = schämt sich = avoir honte <sup>14</sup> pincér = Kellner = garçon <sup>15</sup> becsomagolni = einpacken = emballer <sup>16</sup> csomag = Paket = paquet <sup>17</sup> lerágott = abgenagt = rongé <sup>18</sup> kutyuska = Hündchen = petit chien <sup>19</sup> ital = Trank = boisson <sup>20</sup> részegző = bérauschend = enivrant <sup>21</sup> méreg = Gift = poison <sup>22</sup> cukrozott = gezuckert = sucré <sup>23</sup> élvezni = genießen = jouir de <sup>24</sup> a különböszég = ist der Unterschied = est la différence <sup>25</sup> kígyó = Schlange = serpent <sup>26</sup> ormány = Rüssel = trompe <sup>27</sup> éppen azért = eben darum = c'est justement pourquoi <sup>28</sup> gyógyszertár = Apotheke = pharmacie <sup>29</sup> vonakodott = sich weigerte = faire des difficultés <sup>30</sup> kísértésbe esni = in Versuchung geraten = être tenté <sup>31</sup> értekezés = Abhandlung = traité <sup>32</sup> gyakori = häufig = fréquent <sup>33</sup> táncremulság = Ball = bal <sup>34</sup> svatag = Wüste = désert <sup>35</sup> kabin = Kabine = cabine <sup>36</sup> cigány = Zigeuner = tzigane <sup>37</sup> hulla = Leichnam = cadavre <sup>38</sup> teljesítettel kötelességet = hast du deine Pflicht erfüllt = remplir son devoir <sup>39</sup> hazudni = lügen = mentir <sup>40</sup> hajtás = Fahrt = trop peu de vitesse <sup>41</sup> ellopott = gestohlen = volé <sup>42</sup> utólértek = wurde eingeholt = rattraper

### Iusculum<sup>1</sup> lapideum.<sup>1</sup>

Fabula Lusitana.<sup>2</sup> Latine reddidit *Alad. Kovári*, Kaposváriensis.

Monachus<sup>3</sup> quidam Lusitanus, ut stipem<sup>4</sup> coligeret, per pagos peregrinabatur.<sup>6</sup> Pervenit tandem ad portam cuiusdam coloni,<sup>6</sup> ubi autem ei, quamquam adeo esuriebat,<sup>7</sup> ut paene collabetur,<sup>8</sup> nihil dare volebant. «Ergo coquam<sup>9</sup> mihi paulum iusculi lapidei» — dixit.

Dictum factum : assumpsit lapidem, procubuit humi<sup>10</sup> lapidemque prae se ponens spectare coepit, aptumne iuscule esset. Incolae casae<sup>11</sup> simplicitatem monachi magnā voce ridere coepit, hic autem minime movebatur<sup>12</sup> id tantum dicens :

<sup>1</sup> köleves = Steinsuppe = soupe aux cailloux <sup>2</sup> portugál portugiesisch = portugais <sup>3</sup> szerzetes = Mönch = moine <sup>4</sup> alamizsna = Almose = aumône <sup>5</sup> vándorolt = wanderte = allait <sup>6</sup> gazda = Landwirt = paysan, ménager <sup>7</sup> éhes volt = hungrig war = avait faim <sup>8</sup> összeszett = zusammensinkte = s'affaissa <sup>9</sup> főzök = kochen = cuire <sup>10</sup> in terra <sup>11</sup> ház = Haus = maison <sup>12</sup> fel sem vette = machte sich nichts daraus = ne s'en souciait pas


«Vos fortasse iusculum lapideum nunquam edebatis! Egregium esse affirmaverim».<sup>13</sup>

«Quod<sup>14</sup> autem ipsi videre velimus»<sup>14</sup> — responderunt illi.

Monachus noster, cum haec audivit, lavat lapidem, deinde sic loquitur: «Si parvam ollam<sup>15</sup> mihi praebere velitis ...». Homines attulerunt fictile<sup>16</sup> quod monachus aquā implevit et lapidem iniecit: «Conceditisne, ut ollam favillae<sup>17</sup> apponam?»

Concessum est. Similatque aqua fervescere<sup>18</sup> incepit, monachus sic est locutus: «Si adderetur adeps<sup>19</sup> unius<sup>19</sup> cochlearis,<sup>19</sup> quam magnificum saporem<sup>20</sup> haberet».

Allatus est ei adeps unius cochlearis. Aqua fuit<sup>21</sup> et ferbuit et incolae casae intenti<sup>22</sup> exspectabant, quidnam fieret. Monachus gustavit iusculum



Columna Axumiensis. (Pag. 54.)

et<sup>23</sup> dixit: «Paulum adhuc insulsum<sup>23</sup> est. Bono<sup>24</sup> eset<sup>24</sup> ei<sup>24</sup> pugnus<sup>25</sup> salis».<sup>25</sup>

Sal quoque allatus est. Monachus iusculum commiscuit et iterum gustavit: «Si nunc aliquantulum<sup>26</sup> brassicae<sup>26</sup> inesset, etiam angeli digitos suos lamberent»<sup>27</sup>.

Colona cucurrit in hortum et attulit duo capita brassicae. Monachus folia superiora digitis detrahit<sup>28</sup> et reliqua iusculo iniecit. Aqua usque<sup>29</sup> fervebat. Repente dicit monachus: «Addatur etiam offa<sup>30</sup> farciminis,<sup>30</sup> et erit iusculum vere perfectum<sup>31</sup>».


Resecta<sup>32</sup> est ei offa farciminis, quam ille in ollam iniecit et dum aqua fervebat, exemit monachus ex reticulo<sup>33</sup> panem et commodissime ad epulas<sup>34</sup> se accinxit.<sup>35</sup> Interim ex olla odor magnificus escendit. Monachus iusculum ex olla cochleari<sup>36</sup> pulchre exhaustus<sup>36</sup> et postea etiam labra<sup>37</sup> sua lingua perlambabat.

Cum iam olla vacua facta est, remanebat in

fundo<sup>38</sup> eius lapis. Incolae casae monachum circumstantes omnes pariter interrogaverunt: «Domine reverendissime, et quid fit<sup>39</sup> lapidi?»

«Lapidi?» — inquit monachus — lavabo eum et in posterum<sup>40</sup> reservabo».

<sup>13</sup> mondhatom = ich könnte sagen = je pourrais dire  
<sup>14</sup> ezt szeretnök = das möchten wir = nous voudrions  
<sup>15</sup> fazék = Topf = marmite   <sup>16</sup> agyagedény = irides  
Geschirr = vase d'argile   <sup>17</sup> parázs = glühende Asche = braise   <sup>18</sup> forrni = siedend werden = bouillir   <sup>19</sup> egy kanálnyi zsír = ein Löffel voll Schmalz = une cuillerée de saindoux   <sup>20</sup> íz = Geschmack = goût   <sup>21</sup> forrni = sieden = bouillir   <sup>22</sup> kíváncsian = neugierig = curieux  
<sup>23</sup> sótlan = ungesalzen = peu salé   <sup>24</sup> jó volna bele (javára válnék) = zum Vorteil gereichen = il lui ferait du bien   <sup>25</sup> egy marék só = eine Handvoll Salz = une poignée de sel   <sup>26</sup> egy kis káposzta = ein wenig Kohl = un peu de chou   <sup>27</sup> megnyalni = ablecken = lécher   <sup>28</sup> lehántani = abschälen = enlever   <sup>29</sup> tovább = immerfort = continuait à   <sup>30</sup> falat kolbász = ein Bissen Wurst = un petit bout de saucisse   <sup>31</sup> tökéletes = vollkommen = parfait   <sup>32</sup> leválni = abschniden = couper   <sup>33</sup> tarisznya = Brotbeutel = besace   <sup>34</sup> evés = Essen = repas   <sup>35</sup> neki-készülni = sich bereiten = se préparer   <sup>36</sup> kikanalazni = auslöffeln = vider (à la cuiller)   <sup>37</sup> ajak = Lippe = lèvre   <sup>38</sup> fenék = Grund = fond   <sup>39</sup> történik (vele) = geschieht = il lui arrive   <sup>40</sup> máskorra = für die Zukunft = une autre fois



## LECTORIBUS MEDIIS

### Vas Suessionense.<sup>1</sup>

#### I.

Georgius Florentius (Grégoire de Tours a. 538—594) in «Historia Francorum» (liber II., c. XXVII.). latine scripta narrat:

In bello contra Syagrium gesto Franci, qui etiam tum ethnici<sup>2</sup> fuerant, multas aedes sacras exscoliaverunt.\* Episcopus<sup>3</sup> quidam a Clodovecho vas pretiosum ex aede sacra raptum repetivit. Clodovechus omnem praedam in medio exercitu locari iussit et dixit: «Obsecro<sup>4</sup> vos, ut praeter meam partem hoc unum vas mihi detis». Unus e militibus bipenni<sup>5</sup> sublatu vas fregit magnā voce clamans: «Non plus habebis eo, quod sorte tibi obvenit». Rex hanc contumeliam aequo animo tulit. Anno post exercitum ad magnam recognitio-<sup>6</sup> nem mense Martio convocavit, ut spectaret,

<sup>1</sup> Soissons   <sup>2</sup> pogány = Heide = païen   <sup>3</sup> a. 486  
<sup>4</sup> püspök = Bischof = évêque   <sup>4</sup> nagyon szépen kérni = inständig bitten = conjurer   <sup>5</sup> csatabárd = Streitaxt = hache de guerre   <sup>6</sup> szemle = Musterung, Heerschau = revue

bonusne esset status armorum. Cum in ordinibus ad illum, qui vas fregerat, perveniret, increpuit<sup>7</sup>: «Nemo arma tam neglecta, quam tu, habet. Non gladium, nec hastam, neque bipennem curavisti!» Simil bipennem hominis arripuit et ad terram abiecit. Dum is se demittit,<sup>8</sup> ut bipennem tolleret, rex suā bipenni caput eius communuit dicens: «Hoc tu vasi Suessionensi fecisti».

## II.

Scripsit Eug. Molnár. Latine reddidit Ios. Guelmino, Bp.

Nonnullis annis ante accidit, cum N. N. esset minister instructionis publicae in Francogallia, ut praefectus<sup>9</sup> studiorum<sup>9</sup> quidam frequentaret scholas elementarias Parisianas, visurus, quos progressus<sup>10</sup> ficerent pueruli in historia.

— Dic, queso, domine — rogavit magistrum ludi (= scholae) — quis sit discipulus optimus in classe tua.

— Henricus Hargue — respondit magister.

— Dic ergo, mi Henrice — interrogavit eum praefectus studiorum — quis diffregerit vas Suesionense. Tu certe scies et respondebis mihi.

At discipulus de vase diffracto audiens, terrefactus, et usque ad aures rubore<sup>11</sup> perfusus<sup>11</sup>:

— Domine, ego non feci istud — respondit confuse.<sup>12</sup>

Praefectus studiorum obstupefactus<sup>13</sup> huiuscmodi responso, magistrum ludi rei rationem<sup>14</sup> reddere<sup>14</sup> iussit.<sup>14</sup> Qui similiter confusus et balbutiens<sup>15</sup>: «Si ille — dixit — se aliquid non fecisse affirmat, etiam ego ipse illum istud non fecisse optimā conscientiā<sup>16</sup> affirmare possum». — Et admirationis plenus videt praefectum studiorum furibundum<sup>17</sup> et «Quos ego<sup>18</sup>...!» minitantem reliquere classem. Ille autem, quā potest maximā celeritate, in ministerium instructionis publicae properat. Minister instructionis publicae, arridens interrogavit virum evidenter iratum, quae causa irae esset. Ille statim enarravit rem totam: «Excellentissime Domine, ego in schola discipulum optimum interrogavi, quis confregisset vas Suesionense et ille respondit, se illud non fecisse. Et cum me ad magistrum convertissem, ille dixit vas a puerō re vera non fractum esse. Quid ad haec dicis, domine excellentissime?»

Minister surridens misit manum in sinum<sup>19</sup> et marsupio<sup>20</sup> prompto:

— Noli — dixit ei pacificator<sup>21</sup> — propter quoddam vas fractum tantopere commoveri. En habes centum libras<sup>22</sup> (Francicas<sup>22</sup>), eme vas novum et sit ordo in illa schola! — Et tradidit praefecto studiorum, qui defixus<sup>23</sup> stabat<sup>23</sup> tesseram<sup>24</sup> nummariam<sup>24</sup> centum librarum Francicarum, quibus acceptis ille prorsus<sup>25</sup> afflictus<sup>25</sup> reliquit conclave ministri.

Et cum per gradus scalarum descenderet totus turbatus, ecce occurrit consiliario<sup>26</sup> sectionis,<sup>26</sup> qui paucis mensibus ante a secretis<sup>27</sup> privatis<sup>27</sup> ministri fuerat et narrat ei iratus rem totam. Tum consiliarius manum humero illius imponens:

— Amice — dixit benevole — crede mihi, ego cognovi dominum ministrum. Si ille tibi centum libras Francicas dedit, habeas<sup>28</sup> tibi persuasum,<sup>28</sup> illum id non sine causa fecisse. Maxime verisimile est illum ipsum istud vas fregisse.


<sup>7</sup> ráförmed = ausschelten = apostrophier    <sup>8</sup> lehajol = sich bücken = se pencher    <sup>9</sup> tanfelügylő = Schul-

inspektor = inspecteur d'Académie    <sup>10</sup> előmenetel = Fortschritt = progrès    <sup>11</sup> elvörösödve = errötend = rougit    <sup>12</sup> zavartan = verlegen = confus    <sup>13</sup> megüközve = erstaunt = stupéfait    <sup>14</sup> felelösségre von = zur Verantwortung ziehen = demander compte    <sup>15</sup> dadogva = stammeln = balbutier    <sup>16</sup> lelkismeret = Gewissen = conscience    <sup>17</sup> dühösen = wütend = furieux    <sup>18</sup> majd adok én nektek! = ich werde euch schon lehren! = gare à vous!    <sup>19</sup> zseb = Tasche = poche    <sup>20</sup> pénztárca = Börse = portemonnaie    <sup>21</sup> békeltetően = Friedensstifter = conciliant    <sup>22</sup> (francia) frank = Franc = franc    <sup>23</sup> szinte kővé meredt = wie versteinert dastehen = comme pétrifié    <sup>24</sup> bank jegy = Banknote = billet de banque    <sup>25</sup> teljesen lesujtva = völlig niedergeschmettert = atterré    <sup>26</sup> osztálytanácsos = Sektionsrat = chef de section    <sup>27</sup> személyi titkár = Privatsekretär = secrétaire particulier    <sup>28</sup> légy meggyőződve = kannst du überzeugt sein = sois persuadé

## Gloria Romana resurgens in novo imperio Romano.

Scripsit Gabriel Kereszty disc. I. P. E. A. Bp., qui hac aestate cum exploratoribus\* Hungaricus vitá castrensi in Italia fruebatur.


Post bellum mundanum tabula<sup>1</sup> geographica<sup>1</sup> et prior vita nationum se multum mutaverunt. Etiam victores victoriam qualē olim Pyrrhus<sup>2</sup> tulerunt. Novā constitutione, novis ideis opus erat ad nationes renovandas. Prima erat Italia, quae renovationem cooperat. Vir ingeniosus, Benitus Mussolini, post multas meditationes et post multa studia invenit, quomodo Italia imperium mundanum



Piscina magna in Foro Mussolinio. (Pag. 54.)

num fieri posset. Deiecit spiritum internationalem et bolsevisticum, sensum nationalem in animos fudit, et patriam super omnes res posuit.

\* cserkész = Pfadfinder = éclaireur    <sup>1</sup> térkép = Landkarte = carte géographique    <sup>2</sup> a. 279 a. Chr. ad Ausculum



Fontana di Trevi. (Pag. 55.)

Sed nova res publica, veluti urbes Italiae in antiquis ruinis, secundum mores antiquitus traditos aedificata est. Signum est electum: fasces signum potestatis antiquorum. Fasces (= virgae colligatae) concordiam, in medio securis potestatem significant. Memoria avorum fortitudo. Novum imperium multas ruinas et monumenta per multa saecula humo obrutas<sup>3</sup> effudit, quae exempla maiorum amorem patriae in iuventute confirmant et peregrinis documenta Romanae gloriae sint.

Antiqua quoque Roma per res militares magnam potentiam obtinuit: ideo etiam hisce temporibus iam parvi liberi, pueri et puellae disciplinam militarem in castris immensis discunt. Hoc anno quattuor talia castra erant: prima Ostiae; altera in «Campus Dux», Romae, 24 milia iuvenum in tentoriis<sup>4</sup> habitaverunt; tertia in «Monte Sacro» (ubi Menenius Agrippa notissimam fabulam «De ventre et membris» narraverat), hic filii Italiorum in externis regnis habitantium disciplinam patriae didicerunt. Quantus amor erga consanguineos, qui patriae terram reliquerunt! Post vitam<sup>5</sup> castrensem<sup>6</sup> magna recensio praesente «Duce» habetur. Per multa eorum, qui dicuntur «avanguardiste», exercitia gymnica et militaria ductoribus et spectatoribus ostendunt in harenis «Fori Mussolini». Nam sicut antiqui imperatores fora aedificaverant, ita etiam Benito Mussolini forum aedificavit, ubi tamen non orationes politicae habentur, neque incontenta plebs iura sua postulat, neque Caesares necantur, sed iuventus gymniscis<sup>7</sup> corpus et animum corroborat: nando, cursu, arte gladii, pedifollio,<sup>8</sup> taenisiā,<sup>9</sup> etc. Pulcherrimas domus marmore aedificatas, harenas statuis circumdatas, sphaeristeria,<sup>10</sup> balneas modernas in hoc foro admirari possumus. Ante aditum huius fori columna Axumiensis est stata, quam bello Aethiopico Italiani occupaverunt, nunc verbum: «Dux» huic incisum est.

Italiana ergo iuventus, licet pax desideretur, semper bello prompta est: Agricultura, industria et negotiatio<sup>11</sup> florent, novumque imperium denuo Romanam potestatem mundo monstrare potest. Dignae visu sunt quattuor tabulae geographi-

cae aereae in muro domūs cuiusdam in Antiquo Foro positae Mare<sup>12</sup> Internum<sup>12</sup> repraesentantes. In prima imperium a. 752 a. Chr. n. tantum puncto signatum est, loco Romae. Secunda a. 201. a. Chr. n., finito secundo bello Punico monstrat imperium Romanum maius, iam Hispaniā, Cartagine et Numidiā et ceteris coloniis Africæ et Asiae auctum. Tertia maximam latitudinem imperii a. 217. p. Chr. n., mortuo Traiano ostendit. In ultima Italia nostrorum temporum, coloniae Africane: Lybia, Erythrea, Somalia et Aethiopia nuper capta adunatae<sup>13</sup> spectantur.

Nobis quoque Hungaros studendum est, ut mores maiorum imitemur et antiquam gloriam restauremus. Et nos habebamus florens imperium, gloriosa tempora, laborandum igitur est cunctis Hungaros, sed maxime iuventuti, ut nostra quoque patria antiquam suam auctoritatem recipiat.

<sup>3</sup> borított, takart = überschüttet = couvert    <sup>4</sup> sátor = Zelt = tente    <sup>5</sup> táborozás = Kampieren = campement    <sup>6</sup> primae aciei lictores = vulgo: sport    <sup>8</sup> labdarúgás = Fußball = football    <sup>9</sup> tenniszezés = Tennis = tennis    <sup>10</sup> labdázó terem = Ballspielsaal = salle de jeu de balle    <sup>11</sup> kereskedeleml = Handel = commerce    <sup>12</sup> Földközi-tenger = Mittelmeer = Méditerranée    <sup>13</sup> egyesítve = vereinigt = réuni  
=====

## De aquis<sup>1</sup> salientibus<sup>1</sup> Romae.

Scripsit: I. Balla. Latine reddidit: Emericus Szántó disc. Kesztelyensis.

Praeter monumenta atque aedificia pulcherrima Romae aquas salientes vix animadvertisimus. Cultus aquae iam ab urbe condita vivit Romae: XIV aquae ductus Romae antique aquam e montibus longinquis acceptam in «urbem aeternam» ducebant. Unus e poetis maximis Italicis dicit: «Aqua est sanguis terrae, qui in venis non<sup>2</sup> aspectabilibus<sup>3</sup> circumvolvit et tantum ideo prodit e corpore terrae, ut nobis vitam et recreationem det». Romani superbe nuntiant musicis aquarum salientium nulla musica humana praestare<sup>3</sup> posse.

Aquae salientes iam antiquissimis temporibus erant Romae: inter arcum triumphalem Constantini amphitheatrumque Flavium «Meta sudans» iam tempore Hunnorum effundebat aquam. Cultum aquarum salientium altera generatio post alteram hereditate accepit et mediā quae vocatur aetate summis<sup>4</sup> pontificibus<sup>4</sup> eiusdem aetatis rengnibus eas rursum aedificare coepit. Aquas

<sup>1</sup> szökőkút = Springbrunnen = jet d'eau    <sup>2</sup> láthatatlan = unsichtbar = invisible    <sup>3</sup> felülműl = vorzüglicher sein = dépasser    <sup>4</sup> pápa = Papst = pape



salientes pulcherrimas «rinascimentum»<sup>5</sup> donavit,  
quarum statuae ad artem et praecepta revocatae  
ab artificibus celeberrimis factae sunt.

Artifices et domini Romae, summi pontifices  
principes, argentarii,<sup>6</sup> mercatores vias urbis omni-  
bus temporibus aquis salientibus ornaverunt.

Urbs Roma etiam aquas salientes nova ratione  
nuper factas habet. Talis est «Puteus Naiadum»  
quoque, quae in usum proxime veniet. Sed aqua  
saliens popularissima «urbis aeternae» tamen «Fon-  
tana di Trevi» est, quae aquae ductū ab Agrippa

(genero<sup>7</sup> Augusti) aedificato alitur. Hic aquae-  
ductus tum «Aqua Virgo» nominabatur. Opinio  
est divulgata: si quis peregrinorum in alveum  
eius nummulum iniicit, Romam redibit!... Sin-  
gulis annis aquae salientes Romae semel purgan-  
tur. Operarios<sup>8</sup> aquae ductus in aquam «Fontana  
Trevi» nummulum iniicientibus irasci non puto.

<sup>5</sup> renaissance    <sup>6</sup> bankár = Bankier = banquier    <sup>7</sup> vő  
= Schwiegersohn = beau-fils    <sup>8</sup> munkás = Arbeiter =  
ouvrier

### Hymni nationales. IV. Hymnus triumphalis Italorum: „Giovinezza“ (Juventus).

Versus scripsit et «Duci» dedicavit *Salvator Gotta*. Ad modos aptavit *Iosephus Blanc*.\*

*Martialiter. p*

ta - lis! Sunt re-na-ti fi - lii tu - i Con - fiden-tes his i - de - is.

ventus —, o ju - ven-tus, Pulchri - tu-do tu es ve — ris, In a-

speris — re-bus vi - tae — f Magna vo - ce cantans is!

\* Hymnum et notas musicas (editor: «Carisch» S. A. Milano) ab illustrissimo praeside Institutii Studiorum Romanorum, Carolo Galassi-Paluzzi accepimus, cui etiam hic gratias pro benignitate agimus quam maximas. Verba hymni a moderatore latine redditia sunt.

### Ios. Kalus<sup>1</sup>: Quando sapiat homo.

Ante tibi non obtinget sapientia plena,  
quam tua candebunt tempora cana nive,

quam rugae scindent frontem, quam signa senectae  
foede turpabunt ora venusta prius,  
quam spe delusus quavis lacrimisque rigatus  
praeteritos volves mente dolente dies.

Fr. Palata Trebicensis (in Moravia.)



Pittacia Italiae iucundissima: pittacia seriei superioris bimillennium Augusteum inscriptionibus ex Monumento Ancyranio sumptis glorificant. In serie inferiore duo pittacia monstrationibus (seu expositionibus) coloniarum aestivarum puerorum parvorum et rei aeronauticae, cetera memoriae clarissimorum artificum Italiae (Spontini, Leopardi, Giotto, Leonardo da Vinci) dedicata sunt. Horum pittaciorum plurima a prof. Bellissima accepimus.

## Klobuzsnyik nomen dat. (2)

Scr. Ernestus Acs, libere reddidit Aem. Láng (Keszthely).

De parva scintilla<sup>42</sup> maxima saepe incendia. Klobuzsnyik non potuit ex animo eicere id, quod nequissimo cuidam homini «gratis» laborabat. Tamdiu in sua nova patria pristinum decus militare persecutus est, ut postremo extorris<sup>43</sup> profugeret. Intra annum nocte clam fines Hungariae transgressus est. Defessus, emaciatus,<sup>44</sup> enervatus me visit. Aequo animo causas fugae expedivit, propter quas in sua patria praemeditatis<sup>45</sup> quaerebatur.<sup>46</sup> In crimina sollicitationis ac proditionis reipublicae vocatus est, quod furi coram<sup>46</sup> in os dixisset<sup>46</sup> furem esse et fraudatori fraudatorem esse.

Accipite, quomodo pessum datus sit. Primum custodes publici comprehensum verberibus foedum in modum laceraverunt. Deinde e carcere emissus taciti<sup>47</sup> custodiis<sup>47</sup> observabatur.<sup>47</sup> Neque tamen ius petere abstitit. Tributis inquietatus est. Recusans iterum in vincula abripi iussus est. Denique patientiam<sup>48</sup> rupit<sup>48</sup>... Officina<sup>49</sup> eius diruta est. Custodes publici supellectilia diffregerunt, machinam<sup>50</sup> sutoriam<sup>50</sup> asportarunt, uxorem manubrio<sup>51</sup> sclopeti<sup>51</sup> prostraverunt... Miserrima nunquam reconvaluit et in urbe Posonio in nosocomio<sup>52</sup> defuncta<sup>53</sup> est. Filii sex annorum tutelam<sup>54</sup> vicino commisit... at enim postea domum eum reducet! Nam redibit Trenchinium! Et tunc illis, qui eum omnibus bonis everterint!...

Nonne redibimus, domine centurio? — rogavit me ardentibus oculis. — Omnes redibimus?

— Ehem, care mi fili, Klobuzsnyik!

Klobuzsnyik, miles probus, in bello mihi subiectus erat simulque socius armorum, quem igitur deserere dedecbat. Brevi post legitima<sup>55</sup> quaedam decisa<sup>55</sup> incola Budapestensis factus est. Laborabat atque labor ei prosperavit. Sensim aliquantum acqueivit, praecipue cum filius quoque Budapestini adfuisset. Singulis dominicis<sup>56</sup> confabulatum ad me venit. Cum advenit, calcibus<sup>57</sup> ritu militari collisis<sup>57</sup> quasi ioco quasi serio: «Domine centurio, inquit, Iohannes Klobuzsnyik, eritus nomen dat!» et statim addidit: «quando proficiscemur, domine?»

Ego autem perrei: «Salvere te iubeo, mi care fili Klobuzsnyik! Extemplo proficiscemur, cum revocemur!»<sup>58</sup>

Tranquillam vitam agebamus, evocationem ex-

<sup>42</sup> szikra = Funke = étincelle <sup>43</sup> földönfutó = heimatlos = sans-abri <sup>44</sup> lesoványodva = abgemagert = amaigré

<sup>45</sup> köröztetni = steckbrieflich verfolgen = faire circuler

<sup>46</sup> szemébe mondani = ins Gesicht sagen = dire à la face

<sup>47</sup> titkos rendőri felügyelet alatt állani = unter heimlicher polizeilicher Aufsicht stehen = être sous la surveillance de la police secrète <sup>48</sup> elveszti türelmet = die Geduld reißt ihm = perdre patience <sup>49</sup> műhely = Werkstatt = atelier

<sup>50</sup> varrógép = Nähmaschine = machine à coudre <sup>51</sup> pus-

katus = Gewehrkolben = crosse de fusil <sup>52</sup> kórház = Krankenhaus = hôpital <sup>53</sup> mortua = gyámság = Vor-

mundschaft = tutelle <sup>55</sup> formaságokat elintéz = Form-

lichkeiten Genüge leisten = régler les formalités <sup>56</sup> vasár-

nap = Sonntag = dimanche <sup>57</sup> összeüti a bokáját = die Hacken zusammenschlagen = frapper les talons ensemble

<sup>58</sup> újra behívni = wieder einberufen = appeler de nouveau sous les drapeaux

spectantes. Klobuzsnyik assidue me frequentabat. Inter nos colloquebamur, qui cursus rerum, qui exitus futurus esset. Interdum gratā recordatione renovavimus pacis bona<sup>69</sup> et florentem iuventam nostram. Vallem fluvii Vagi quasi per somnia saepe imaginati sumus et pererravimus loca, ubi pueri ludere solebamus. Klobuzsnyik quoque ibi natus est, ibi lusitabat, ibi adolevit, ubi ego... Dein incidit de bello mentio. Meministine, domine centurio?... Meministine Klobuzsnyik?... Vix putuimus finem facere colloquendi.

Forte gravi morbo correptus diu lecto tenebar. Tunc Klobuzsnyik saepius ad vesperam ad me veniebat, sed me male affectum hilarare vel in iocos evocare frustra conatus est. Per occasionem ad lectum meum confiteerari<sup>70</sup> cooperat et summā sinceritate se totum aperuit:

Hui! domine centurio! Quam magnus asinus fui anno MCMXVIII! Mente captus eram! Bohemi implerunt aures meas mendaciis me a te pessime tractari; me non sentire, quomodo Slovaci ab Hungaris contemneremur et ludificaremur atque exinaniremur.\* Te superbū et saevū esse et aspere invehi in Slovacos, tantummodo Hungarī favere. Slovacos in pugnis semper in primam aciem praemitti, ut quam plurimi caderent. Ei! Vellem depalmassem<sup>61</sup> eos, qui haec similiaque mihi mentiri essent. Forsitan iniqua fuerit conditio mea? An non habui coronas' corrasas?<sup>62</sup> Quis contempserit me? An dominus Straka, optio?<sup>63</sup> An dominus Krajeir duxor<sup>64</sup> ordinis? Vel decanus Stefanek? Quid? quod hi quoque Slovaci fuere! Quis haec munera militaria eis detulit? Scilicet tu, domine centurio. Et quis in custodiā includi iussit Hungarum Balog, militem linguā immodicum, quod me foede tractasset?... Tu, domine centurio semper contra<sup>65</sup> intuebaris<sup>65</sup> nos, cum nobiscum locutus eras. Clamabas et exesrabaris — quis negaverit — attamen sensimus te nobis non irasci teque esse virum animi benigni. Fidem semper exsolvisti, nunquam mutasti. Nobiscum pugnasti, nobiscum passus es, nobiscum inediā tolerasti — meministine, domine, pagi Tarnawkae? — ac gavisus es gaudia nostra. Neque ignotum nobis erat te etiam orare solere... si nemo te vidit! Eia, incipe loqui, domine!... Hem!... Stulte locutus sum? Oh me asinum! Placeat tibi, domine, me obiurgare!... Age dic iam: bombax<sup>67</sup> Klobuzsnyik!

Tempus praeterit. Ego ex longinqua valetudine me<sup>68</sup> recollegi,<sup>68</sup> sed tunc Klobuzsnyik cooperat graviter aegrotare. Neque tamen valetudinem curabat. Et porro ad me ventitabat. Repente desit venire. Anno MCMXXVIII mense Octobri defunctus est. De morte eo sepulto certior factus sum. Interitum eius cum fletu deploravi.

Annis volventibus etiam ego consenui. Quo senior sum, eo magis, mecum agito rem, utrum veteres mei populares<sup>69</sup> in Hungaria Superiore memores mei sint et confidant mihi et exspectent me, an non? Velim sciam, utrum eos contempsisse, ludificasse, exinanivisse dicar et superbū rusticusque habear? Heu, Iohannes Klobuzsnyik, vetus sodalis et verus testis, tu — iam a Summo Imperatore 'evocatus' — nequis mecum venire, nequis pro me testimonium dicere! Estne igitur mihi «tyranno superbo saevoque» operaे pretium ad vallem. Vagi viam inire... domum capessere?

Mensis October a. MCMXXXVIII in cursu est. Nuperime hospes inexspectatus advenit ad me. Iuvenis, formā egregius, capillis flavis et oculis glaucis. Notus mihi visus est, sed de memoria mea excidit. Stabat, subridebat et me contra intuebatur. Oculi sensim lacrimis implentur... dein: «Domine centurio, inquit, Iohannes Klobuzsnyik iunior oboedienter nomen dat et adest ad imperandum<sup>70</sup>...»

Vox mihi faucibus haesit. Me somniare putabam. Iuvenis sic perrexit: «Patri pollicitus sum me pro eo nomen daturum esse, si tempus aderset!...»

Resipi.<sup>71</sup> Lacrimis obortis dextram eius comprehendī: «Ibimus, mi fili!... Ibimus!... Si et tu ita vis!...»

*Finis.*

\*<sup>59</sup> áldásait = Segnungen = bénédiction \*<sup>60</sup> gyónni = beichten = se confessier \*<sup>61</sup> kihasznál = ausplündern = exploiter \*<sup>62</sup> felpofozni = ohrfeigen = soufleter \*<sup>63</sup> fáradssággal összegyűjt = mühsam zusammenbringen = amasser péniblement \*<sup>64</sup> őrmester = Feldwebel = sergeant-major \*<sup>65</sup> szakaszvezető = Zugsführer = sergeant \*<sup>66</sup> szembenéz = ins Gesicht schauen = regarder en face \*<sup>67</sup> étlenseg = Hungern = faim \*<sup>68</sup> teremtette! = Potz Tausend! = sacrebleu \*<sup>69</sup> meggyógyul = genesen = guérir \*<sup>70</sup> földi = Landsleute = pays, compatriote \*<sup>71</sup> a parancs átvétele = um Befehle zu empfangen = pour recevoir des ordres \*<sup>71</sup> fóleszmél = wieder zur Besinnung kommen = reprendre des sens, se réveiller


=====



**Tabula mortuorum.** Breviter iam nuntiavimus mortem Ducus Turcarum, Kemal Ataturk. Speramus fore, ut de hoc viro magni ingenii mox copiosius<sup>1</sup> narrare possimus. Nunc monumentum ingens lectoribus ante oculos ponit, quod aedificatum in oppido Tokat etiam ipse Kemal Ataturk spectavit, nam monumentum eius gloriam posteritati nuntiat. Novus praeses Turciae Ismet Inoenu est, qui a. 1931 Budapestini hospes Iulii Gömbös fuit. — Lugent etiam Norvegi obitum<sup>2</sup> reginae Maud (filiae Eduardi VII regis Britanniae), quae Londinii nuper post sectionem<sup>3</sup> ventris inopinata vitā decessit. — Victor Orville inventor crucigrammatis<sup>4</sup> 75 annos natus in urbe Capetown mortem obiit.

**In Rumania** cohors quae dicitur ferrea, quamquam vetita erat, tamen perrexit pyrobolis,<sup>4</sup> scorpionis<sup>5</sup> aliisque telis periculosis hostes suos petere atque interficere, quorum in numero etiam rector

<sup>1</sup> bővebben = ausführlicher = plus amplement <sup>2</sup> el-húnya = Hinscheiden = décès <sup>3</sup> hasmütét = Unterleibsoperation = opération de bas-ventre <sup>4</sup> keresztrejtvény = Kreuzworträtsel = mots en croix <sup>4</sup> bomba = Bombe = bombe <sup>5</sup> pisztoly = Pistole = pistolet



Kemal Ataturk spectat monumentum suum. (Pag. 57.)

universitatis Claudiopolitanae paene mortuus est. Novissime, cum dux horum sicariorum, Zelea Codreanu et 13 socii fugientes a custodibus sclopetati essent, reliqui sine duce manentes partim in vincula coniecti sunt, partim magistratibus se dediderunt promittentes se deinde bonos cives fore.

**In Cesco-Slovacia** — sic enim nomen reipublicae scribitur, ex quo Slovaci sui iuris sunt — *Aemilius Hacha* cunctis<sup>6</sup> suffragiis<sup>6</sup> praeses reipublicae creatus est. Novus praeses iuris prudentiae peritissimus est, qui, postquam Benes amicisque eius iam omnes remoti sunt, amicitiam vicinorum populorum haud contempnere dicitur. Statum<sup>7</sup> civitatis<sup>7</sup> Slovaciae *Tuka* professor componere iussus est, qui antequam Benes expelleretur, multos per annos in carcere a Cescis custodiebat. Soli *Russini* adhuc ius<sup>8</sup> de se<sup>8</sup> decernendi<sup>8</sup> frustra posunt, et fere quotidie multi Russinorum Hungarorumque in Hungariam adveniunt a militibus Cescis aut Ucrani vexati, expoliati, expulsi, quia autonomiam veram et populi scitum desiderant. Sunt, qui sine vestibus necessariis prope nudati expellantur.

**In Francogallia** communistae intermissionem<sup>9</sup> operum<sup>9</sup> generalem decreverunt, sed *Daladier* primus ministrorum persapienter fortiterque impedit vit, quominus operarii<sup>10</sup> emissarii Moscovae parent. Sic effecit, ut minister rerum exterarum Germaniae *Ribbentrop* Parisios veniens cum collega suo Francogallo, *Bonnet* foedus iceret. Duo magni populi inimicitii evitatis de confilio nolunt unquam certare atque controversias, si quae erunt, deliberando componere optant. Quibus auditis quis est exceptis Russis, quin gaudeat?

**Anniversarii.** Ante 75 annos (1863) servi Nigritae in Civitatis Foederatis Americae liberati sunt. Eodem anno charta<sup>11</sup> bibula<sup>11</sup> inventa est. — Fossa Panamensis ante 25 annos perfecta est. — *Richardus E. Byrd* investigator poli meridiani clarissimum annum 50-um vitae celebrat.

**Condor aeroplanum Germanicum**, postquam iter 14.000 chilometrorum Berolino in urbem Tokio 42 horis fecit (singulis horis 330 chm-a pervolans), in redditu ante portum Manilae propter defectionem motorum in mare decidit, aeronautae tamen incolumes servati ab incolis sunt.

**Nuntiunculi varii undique.** A. 1937 Americani gummam<sup>12</sup> manducabilem<sup>12</sup> 43,000,000 chilogram-

matum consumperunt. Cuius quantitatis pretium 100,000,000 dollarorum aestimatur. — Arabes nomades Sinae paeninsulae iam saepe automobilia emunt, quo celerius merces vehantur. Accepto automobili mercatoribus 10 camelos dant, quos illi vivariis<sup>13</sup> vendunt. — Recensus<sup>14</sup> populi<sup>14</sup> habitus est in Dania, ubi 3,777,000, et in Civitatibus Foederatis Americae, ubi 130,000,000 incolarum vivunt. — In India homines valde amant tabaco frui. Magistratus igitur imperitis legendi et scribendi (vulgo: analphabetis) pipas fumatorias dat, si scholam frequentant, ubi legere et scribere discant.

<sup>6</sup> egyhangúlag = einstimmig = à l'unanimité <sup>7</sup> al-kotmány = Staatsverfassung = constitution de l'État <sup>8</sup> önrendelkezési jog = Selbstbestimmungsrecht = droit de disposer de soi-même <sup>9</sup> sztrájk = Streik = grève <sup>10</sup> munkás = Arbeiter = ouvrier <sup>11</sup> itatós-papir = Löschpapier = papier buvard <sup>12</sup> rágógumi = Kaugummi = chewing-gum <sup>13</sup> állatkert = Tiergarten = jardin d'acclimatation <sup>14</sup> népszámlálás = Volkszählung = dénombrement de la population

## Scipio albus via publica.

Scripsit: vitéz Geysa Szarka. Latine reddidit: Joannes Jeney dr. Sch. P. Vesprimiensis.

Sub receptaculo<sup>1</sup> vehiculorum<sup>1</sup> adsidebat, cum tympanum<sup>2</sup> praeconis pro domo personuit. Quod non respexit, sed corbem nectere pergebat et oculus caecis defixis nihil vacuum intuebatur. Caput suum semper paululum tollebat, tamquam si oculi lumini adhaererent, quod aestate anni 1917. postremum viderat, cum ignifero<sup>3</sup> globo<sup>3</sup> Italico oculis privatus est. «Quid tympani sono promulgatum est?» — interrogavit Andreolum, natu minimum, quem maxime filiorum diligebat.

— Ne quis nostrum potum animalibus peregrinis in alveis<sup>4</sup> nostris praebeat — respondit puer — quia morbus<sup>5</sup> oris<sup>5</sup> ungularumque<sup>5</sup> minitatur . . . atque Aurei Currus<sup>6</sup> ferraviarii<sup>6</sup> per Csornam māne cum Dextera S. Stephani percurrunt . . . Deinde legatio quoque in vehiculis mittetur . . . quia Aurei Currus ferraviarii Csornae subsistent.

Stephanus Fürtös desiit nectere :<sup>7</sup> «Quotā horā?» — Sextā horā et dimidiā (6½).

Nunc vox nurūs<sup>8</sup> suae adversus eum sonavit, eiusmodi suayis, sonora vox, velutisi cote exacuenteretur: «Cur scire vis? Nisi forte eo ire vis!»

Stephanus Fürtös Caecus cava oculorum sudore<sup>9</sup> manantia<sup>9</sup> palmā abstersit: «Etenim nec equos, nec vehiculum habeo» — responsionem suam alio<sup>10</sup> derivavit.<sup>10</sup>

— Atque homo caecus quid videat, nonne? —

<sup>1</sup> félszer = Schuppen = hangar <sup>2</sup> dob = Trommel = tambour <sup>3</sup> gránát = Granate = grenade <sup>4</sup> vályu = Trog = auge <sup>5</sup> száj- és körömfájás = Maul-und Klaubenseuche = cocotte, stomatite aphtéuse <sup>6</sup> vonat = (Eisenbahn)zug = train <sup>7</sup> fonás = flechten = tresser des corbeilles <sup>8</sup> meny Schwiegertochter = belle-fille <sup>9</sup> kiizzadt = von Schweiß triefend = couvert de sueur <sup>10</sup> kitérőleg felel = der Frage ausweichen = donner une réponse évasive

opinabatur nurus temperanter, abiectaque<sup>11</sup> humilitate.<sup>11</sup>

Hominem caecum! Quoties hoc singulis diebus ab illa saluberrima, vehementer crepitanti feminā audiebat! Quin etiam filii ei saepe hanc vocem ingerunt. Tantummodo uxor sua mortua ei pepercerat. Illa virum melius videre, quam omnes ceteros sciverat. Videntne illi matrem suam, quae istic foris in coemeterio<sup>12</sup> requiescit? Ipse videt. Adhuc etiam calorem oculorum in fronte supra oculos sentit. At plus quoque videt. Videt mentes hominum, quae pone verba et spiritus sunt. Tres filios oculis corporeis iam non vidit, nec habitum<sup>13</sup> oris<sup>13</sup> linea-mentaque<sup>13</sup> cognoscit, sed voces eorum videt, per spatum X passuum motūs inbibit et scit, quid eos moveat. Videt mentes eorum. Hominem caecum! Profecto verum est: currus ferriviarios, qui Dextram Sanctam uehunt, oculis non videret, at audiret, sentiret, plus quam ceteri videret. Quia visui res visae avolant, at caecitas imaginem, quam vocibus et emanatione animarum in se construxerat, asservat.

Loco suo invalidis<sup>14</sup> passibus<sup>14</sup> inquiete se<sup>14</sup> vectitabat<sup>14</sup> et fere vera pietate domesticis dixit: «Filii, hunc diem quoque videmus... Dextera Sancta ad nos pervenit!... Ad populum!... Nonne haec res consideranda est? Fere mille anni praeterierunt, ex quo Stephanus rex inter populos ingressus erat et nunc Dextera sola quoquo-versus<sup>15</sup> proficiscitur... et huc, in insulam fluminis Rabae! (vulgo: Rábaköz.) Quis mane domi manet, qui se Hungarum esse sentit?!

Fili tantummodo leniter arriserunt et manibus abnuerunt. Patrem cognoverunt. Senex aequo fanaticus est ac vates vel senes Biblia percurrentes. Stephanus Fürtös natu maior, miles ad patriam defendendam conscriptus anni 1917. in publicum<sup>16</sup> titubavit et vicinos affatus est: «Quisnam mane diei proximi domi manet, qui se Hungarum esse professus est?»

Unus ex illis ideo ire noluit, quia equi eius claudi facti sunt. Praeterit una hora, dum quis Csornam pervenit, ita res consideranda est. Alter vero sacerdoti irascitur, tertius autem cupiditate scribam<sup>17</sup> publicum<sup>17</sup> ulciscendi propter electionem magistri ardet. Hic homo est Petrus Csonka, vilicus<sup>18</sup> locuples.<sup>18</sup> Non consanguineus eius magister electus est, ideo vicum perturbavit. Factio nem adversariam constituit. Omnia abnuit, quae sacerdos et scriba publicus volunt. Multi ei favent, quia multum agri possidet. Ipsi inquilini<sup>19</sup> vietores<sup>20</sup> pauperes poenas<sup>21</sup> dant,<sup>21</sup> quia Petrus Csonka impedivit, quominus sodalicium<sup>22</sup> conderetur. Dimidium vici contra id inflammavit. Fiscina<sup>23</sup> etiam in posterum sexaginta nummulis constabit, cum, si sodalicium existeret, pretium et ad pentagonem augeretur. Propter id Petrus Csonka ad Aureos Currus ferriviarios non it, quia scriba publicus et parochus legationi praeasunt.

Stephanus Fürtös caput in caelum suspiciens quassavit: «Domine vilice, verumtamen me equuleis invehere possis!»

Petrus Csonka voce graviter<sup>24</sup> modulata<sup>24</sup> in cachinnos effundebatur: «Homo caecus ibi quid videre possit, vicine?»

— Ita, ita — dictitabat caecus. — At ego acrius video, quam vos, domine vicine!

— Mente<sup>25</sup> captus<sup>25</sup> es! — dixit Petrus. Cachinnum sustulit, etiam femora pulsare cooperat.

<sup>11</sup> szívtelenül = unmenschlich = d'une façon inhumaine  
<sup>12</sup> temető = Friedhof = cimetière    <sup>13</sup> arcvonás = Gesichtszug = traits (du visage)    <sup>14</sup> topog = trampeln = piétiner  
<sup>15</sup> mindenhova = überallhin = partout    <sup>16</sup> utca = Straße = rue    <sup>17</sup> (vulgo: notarius) jegyző = Notar = secrétaire du village    <sup>18</sup> nagygzadá = Großbauer = riche paysan    <sup>19</sup> zsel-lér = Mietsmann = paysan locataire (ne possédant pas de maison)    <sup>20</sup> kosárfonó = Korbblechter = vannier    <sup>21</sup> megissza a levét = büßen = payer les pots cassés    <sup>22</sup> szövetkezet = Genossenschaft = association    <sup>23</sup> kosár = Binsenkorb = corbeille    <sup>24</sup> öblös = tief = profond, cave    <sup>25</sup> bolond = verrückt = fou

Finis sequetur.



## RES FEMINEAE.

### Aqua pura.

(2)

Fabula popularis antiqua, scripsit Selma Lagerlöf. Latine reddit dr. Franciscus Turányi Bp.

Auctor fabularum Romanensium Sueciae praestantis-sima Selma Lagerlöf annum agit octogesimum (80). Qua occasione omnes homines mundi erudit magna cum admiratione votisque optimis in eam patriamque eius «Wärmland» oculos coniiciunt, ubi illustris matrona a rebus publicis omnino remota, in Tusculano suo amoenissimo aetatem agit grandiore eamque suavissimam.

Quis ignoret nomen eius, quis nostrum non legerit nonnullas saltem res ex operibus eius egregiis? Historia



Selma Lagerlöf.

abularis «Gösta Berlings Saga» mentes omnium nostras percussit. Eademque mente legimus opus «Jerusalem», quod animum religione profundissima imbutum prodit. Hanc eandem mentem spirat etiam fabula «Miracula Antichristi». Fabulae populares antiqueae de Domino Nostro compositae sensus affectusque mollissimos cordis excitant. Interroga discipulos, quibusne sensibus «Itinera N. Helgerssonii» (Nils Helgerssons Resor) legerint, in quo libro linguam lectoribus minimis optime adaptatam audire possis. Haud mirum ergo, quod illustris auctor praemio a Nobel fundato ornata est. Multos adhuc annos eosque iucundissimos ominamur omnes matronae magnae, quae aetate quidem proiecta, at semper iuvenili laeta degit dies. Quod bonum faustum sit!

Et sic longum tempus in via pulvris plena incedebant et sol candens eos urebat, ut sol aestivalis die Dominica<sup>25</sup> ex templo redeentes pungere solet. Sanctus Petrus autem siti desiderio que vel minimae aquae cruciabatur. Sciebat sibi Dominum nostrum de aqua tantum interrogandum esse, ut ab eo statim ad fontem duceretur. At nunc nullo modo ei gratias agere cupiebat.

Illi ergo iter continuabant et sol non intermittebat<sup>26</sup> eos urere. Cum autem S. Petrus demum oculos ad Dominum verteret, eum humilem et tristem sibi subsequentem conspexit.

«Hunc<sup>27</sup> certe nunc iam paenitet<sup>27</sup> facti — putabat S. Petrus. — Magnam ei afferam laetitiam, si nonnullis verbis blandis eum compellavero.» Petrus ergo in itinere subsistens ad Dominum se convertit. «O, si mihi saltem,<sup>28</sup> dixit, haustum<sup>29</sup> aquae subministrare velis.» Quibus verbis vix emissis Dominus noster de via declinavit et silvam intravit. Brevi post digito innuens<sup>30</sup> Petro fontem monstravit, qui ex saxo praerupto scaterebat.<sup>31</sup> S. Petrus ad terram se proiciens et ex palmis suis poculum formans avide bibebat.

«Salubremne putas esse hanc aquam? — interrogavit eum Dominus.

«Aquam primae<sup>32</sup> notae<sup>32</sup> esse pro certo affirmare possum», exceptit eum Petrus. Simulque Dominus noster baculum fonti immisit. Fonte diviso Petrus aquam frigidam eamque purissimam ex calva<sup>33</sup> putrida<sup>34</sup> scatere conspexit, quae in fonte imo iacebat. At ille bibere non destitit. «Ossa capitis putrida tu non cernis? — dixit Dominus. — Non putas ea horrifica esse?»

«Quid hac re movear, dummodo aqua frigida eaque limpida<sup>35</sup> sit» — respondit ei Petrus.

«Calvam humanam vermis<sup>36</sup> corrosam<sup>37</sup> nec non luto<sup>38</sup> obductam esse tu non cernis?»

Cui Petrus: «Hominem longa itinera perā et baculo faciente haud ignarum esse puto aquae salubris. Ringatur<sup>39</sup> iste vultus<sup>39</sup> foedus,<sup>39</sup> uti vult, aqua tamen limpida et salubris est.» Et ille non desinebat bibere, donec sitis sedata esset.

«Heus! Sancte Petre, S. Petre! — dixit Dominus noster. — Tu facile intelligis aquam vel ex calva putrida scatentem salubrem esse posse, at mente complecti non vis verbum Dei tam sacrum et tam integrum esse, ut splendorem suum etiam tunc tueatur (retineat), etsi ex ore hominis flagitiōsi emittatur!»

<sup>25</sup> vasárnap = Sonntag = dimanche <sup>26</sup> abbahagy, megszűnik = aufhören = cesser <sup>27</sup> szánja-bánja = es reut ihn = regretter, se repentir <sup>28</sup> legalább = wenigstens = du moins <sup>29</sup> korty = Schluck = gorgée <sup>30</sup> int = winken = faire un signe <sup>31</sup> kibugyog = hervorrieseln = jaillir <sup>32</sup> op-

timam <sup>33</sup> koponya = Totenschädel = crâne <sup>34</sup> korhardt = vermodern = pourri <sup>35</sup> pura <sup>36</sup> féreg = Wurm = ver <sup>37</sup> összerág = zerfressen = rouger <sup>38</sup> iszap = Schlamm = vase <sup>39</sup> hadd vigyorogjon a torzopfa = laß die Fratze grinsen = qu'il ricane, ce visage difforme

Finis.

## LECTORIBUS MAIORIBUS.

### Laus brevitatis linguae latinae.

In periodico, cui inscribitur «Bollettino della Accademia Italiana di Stenographia» (a. 1935, fasc. 56—57, Jul.—Oct., pag. 174) G. Aliprandi professor Patavinus tabulam comparativam edit de brevitate linguarum Europaearum. Numerus verborum necessariorum ad exprimendum eundem textum in diversis linguis hic est :

in lingua latina .....	67·12
« « graeca antiqua .....	74·35
« « « recenti .....	75·30
« « hungarica .....	82·60
« « germanica .....	96·64
« « italiana .....	100·00
« « francogallica .....	113·46
« « hispanica .....	113·76
« « anglica .....	117·79

Brevitate igitur lingua latina ceteras superat, nam saepe uno verbo utitur, cum res easdem ceterae linguae 2—3 verbis significant.

### Vivum Latinum.

Universitas Budapestinensis Cardinalem Pacelli, qui legatus Summi Pontificis Pii XI congressui eucharistico mense Maio praefuit, doctorem honoris causā creavit. Cum nuper ablegati universitatis diploma doctori novo traderent, Cardinalem et Card. Iust. Serédi princeps primas Hungariae et Béla Kenéz dr. rector universitatis Pazmanyae oratione latina salutaverunt. Qua occasione etiam Sua Sanctitas, Pius XI post morbum convalescens per ablegatos benedictionem apostolicam Hungariae misit.

### En navis Hispana.

(ad festum S.-i Nicolai)

En navis Hispana pervenit — atat!  
In eius et transtris Vir Sanctus iam stat.  
Et exsilit ecce . . . caballus — oho!  
Et fluitat sursum vexillum vento!

Is fuscus agaso, qui proximus stat,  
Is dulcia probis, nil improbis dat.  
Heu! . . . ferula quibus? — Speremus nosmet  
Tam probos esse omnes ut nobis non det . . .

Quot mellea crustula vidimus iam!  
Quae nobis vult Sanctus tribuere clam.  
Da, da, Nicolae, cupedia his,  
Quos probos fuisse discipulos scis! . . .

H. Mulder disc., Kaatsheuvelensis (in Batavia).

## **„Gentem Hungarorum a Providentia modo mirabili adiutam esse...“**

Concio clarissima *Iustiniani Card. Serédi* Principis-Pri-matis Hungariae, Archiepiscopi Strigoniensis occasione recuperatarum regionum nonnullarum septentrionalium integrae quandam Hungariae abhinc viginti annos abscissarum die 3. Nov. 1938. in Archibasilica Strigoniensi circiter decem milibus hominum undique confluentibus habita. E No. 250. (XX.) diurnorum *«Nemzeti Ujság»* die 4. Nov. 1938. edito. — Latine reddidit *Pannonomontanus*.

Carissimi Mei Christifideles!


Dilectissimi Fratres Mei Hungarici!

A Deo omnibus hominibus atque nationibus proprius finis est propositus, quem consequi appetunt et in quo impetrando a Providentia Divina auxilium quoque iis fertur. Deus nobis omnibus finem propositum vulgo, ut gloriam Eius praedicamus ac salutem animarum nostrarum serviamus. Sicut nos ex voluntate Dei sumus, etiam gens ex voluntate Dei est. Praeter finem generalem Divina Providentia nationibus fines proprios quoque propositum, nempe, ut genus humanum ab illis in viam prosperitatis ducatur. Providentiam autem Divinam in vitam hominum singulorum se interponere eosque tempore periculorum adiuvare videmus. Cum gens Hungarorum, quae ab initio composita erat genere, in Europa appareret, a Providentia Divina per regiones desertas hoc ducta est. Genti Hungarorum ab Illa regnum suppeditatum est, quo praeter fines naturales praedestinatur, ut hic inter nationes Europaeas natio sui iuris habitat, qua inter illas impediunt omnes altercationes. Gentis Hungaricae est: nationes Europae suis ponderibus libratas tenere. Gentem hanc Hungaricam Providentia Divina aptam fecit, quae in pugnis atque ingeniorum certaminibus strenue rem gereret inter nationes Europae, quod historia quoque probatur.

Usque ad stragem *Mohácsensem* non solum pares eramus nationibus Europaeis, sed plurimis rebus illas etiam superavimus; Turcis autem expulsis in libertatem vindicati iam intra centum annos restituimus omnia, quibus intra trecentos annos propter Turcas aliis cessabamus. Fini magnificientiori inserviebamus, cum gens nostra fidem Christianam suscepit, quae regnum Dei defenderet atque extenderet ad Orientem et Meridiem. Quem finem ut eo celerius assequi posset gens nostra, *populus Hungarorum a Providentia Divina modo mirabili adiuvabatur*. Vix aetatem historia nostra habet, qua Deus in vitam nationis se haud interposuisset. Post depopulationem Tartaricam post longam captivitatem Turcicam Providentia Divina erat auxilio genti nostrae, quae e iacturis maximis se reficeret.

Providentia Divina permisit genti Hungaricae ad exemplum Sancti Stephani Regis agenti *in proprio corpore omnes recipere nec non etiam hominibus linguae haud Hungaricae, at Hungaricae mentis cives huius nationis esse posse*. Cum post conflagrationem generalem Providentiae Divinae oblii sumus, tunc iterum in vitam Europae atque nostram Deus se interposuit. Anno MCMXXXVIII, cum gens nostra centenarium nonum Sancti Stephani Regis Nostri celebravit, cum diem festum CM annorum Magnae Hungarorum Dominae gens

tota nostra agebat, Congressu Eucharistico gens Hungarorum integra excitata atque gens Hungaria ad Deum ducta est. *Non fortuito factum est, ut ipso die festo Magnae Hungarorum Dominae actiones initium caperent, quae ante fere impossibilis esse nobis videbantur, nam illas cum bona pace ad effectum adducere volebamus*. Iam dudum loquemur de revisione — ut aiunt — cum bona pace



Descensus ad locum, ubi Christus natus est, in aede sacra Mariae (in oppido Bethlehem).

peragenda, sed fidem rei non dabamus. At nunc, cum tota natio nostra ad Deum orandum in genua procubuit, tamen sperare incipiebamus, tamen spem habebamus fore, ut preces Magnae Hungarorum Dominae, Sancti Regis Nostri Stephani, atque Sanctorum domus regiae Árpádianae a Providentia Divina attamen audiantur.

Deus benignissime hoc ipso anno concessit, ut sine proelio fratres Hungarici nostri in regionibus superioribus regni Hungariae olim integri habitantes nobis se adiungerent. Certe, hoc Providentia Divina permisit, nec fortuitum est manus Hungaricas die festo Sancti Emerici traicere Danuvium. Huc ideo nunc venimus, ut gratias agamus, ut Deum Optimum oremus et iam nunc cum amore amplectamur fratres nostros Hungaricos, qui post nonnullas horas nobis adiungentur. Vero cum amore manus porriganus omnibus, qui in regno Sancti Stephani vivunt. Ideo in hunc locum venimus, ut hic in domo Dei voveamus: *nos in vita nostra privata ac publica Deo deditos fore*; ut Deo gratias agamus, quod tales viros dederat nobis, qui instrumenta essent in manu Dei. Ideo huc venimus, ut voveamus: *nos unitatem nationis Hungaricæ a nemine dissoluí permisuros esse, nam non Deus nobis benedicet, nisi in unitate consentimus, Deum esse credimus, Deo confidimus, manum Dei nunquam de manibus nostris demittimus, nominisque Dei nunquam obliviscimur!*

## **Amici „Iuventutis".**

Discipuli in gymnasio *IPEA* (Instituti Professoribus Erudiendis Adiuncto) «Circulum Iuventutis» condiderunt, ubi sodales ducibus *Orlay Joanne* abitentri et *Ladislao Keleti* non solum coram moderatore ephemeridem frequenter legunt et interpretantur, sed etiam saepe opuscula scribunt ad edendum apta. — Lectores in gymnasio *Americano* Budapestinensi et *Mezőkövesdiensi* singulis mensibus quan-dam partem «Juventutis» hungarice redditum ut pensum magistris *Friderico Brisits*, *Stephano Zádor*, etc. corrigendi causa tradunt. — Plurimos lectores in gymnasio Aca-demico Bp. habemus, quorum ioca hortante magistro *Iosepho Guelmino* scripta multas paginas ephemeridis no-strae complent. — Carmina popularia hungarica a discipu-labus *Aladari Kővári* magistri thygatrogymnasii Kapos-váriensis latine redduntur tanta volubilitate, ut e. c. lecto-res Agrienses duece *Athanasio Wager* magistro cantando de-lectentur. — Discipuli *Caroli Ács* (*Matthianum Bp.*) maxime ioca et narratiunculas amant. — *Joannes Jeney dr.* in gym-nasio Scholarum Piarum Veszprémiensi numerum lectorum adeo auxit, ut parvas urbes omnes vincerent. — Extra Hungariam plurimos lectores censor aenigmatum noster, *Otto Schmied* nobis comparavit, quibus maxime fasciculus II. placuit. Discipulae *Barbarae Sypniewska dr.* Cracovi-enses et discipuli Rev. *Antonii R. J. van Reeken*, M. S. F. (in Batavia) non solum «Juventutem» amant opusculisque ditant, sed etiam amoris pleni reminiscuntur Hungariae, ubi Congressus Eucharistici participes fuerunt. Quos amicos «Juventutis» moderator omnes intima familiaritate salutat atqua salvare iubet.

## Librorum recensio.

## **Librorum recensio.**

**Révay József**: A költő és a császár (Horatius és Augustus). Pantheon-kiadás. Budapest, 1937. 540 pag.

Iosephus Révay, vir antiquitatis Graecae et Romanae excellenter gnuaris, cuius res Romanas iucunde narrantis vocem ad radiophonum sedentes pronis auribus et avidis haurimus, hoc vasto volumine Horatii vitae cursum vera et facta sollerter connectens in fabulosae narrationis modum descripsit. Is telam vitae Horationae pertenuem ex Horatii poematisbus et Suetonio sumptam subteminibus versicoloribus intextis efficit amplam, diffusam, picturam. Insunt quidem multa in hac vita commenticia, sed tanta inventionis vi excogitata et tanta vitae antiquae scientia facta, ut res, quae narrantur, verisimiles nobis esse videantur. Hercle vero tanta Iosepho Révay repraesentandi, exprimendi praesta est facultas, ut in ista Horatii vita et vera et facta vitali vi agitentur, homines et res antea oculos versari, agere, et gestire. Narrandi et fabulandi prolixa et paene infinita libido, ne dicam ita effusa, ut narrationis flumen interdum super ripas evagetur. At cum res et mores antiquitatis Romanae nostrae vult aetati assimilare, nonnunquam harum rerum satagit, nec mirum, si quando insulsus fit (öcsém, öregem, Horatius bácsi et quaedam alia). Utique Révay Horatii vitam vivam et spirantem, plenam et rotundam reddidit totiusque illius aetatis imaginem effinxit solidam et expressam. Cinarae et Lydae, qui buscum Horatius consuevit, amores ita tornavit et formavit, usque eo dilatavit, ut ex his exsistet talis fabula amatoria, qua nihil venustius, nihil commoventius. Enim vero ista amatoria fabula, pro! fit aliquando supra quam aequum est, dulciuscula et nitidiuscula, ut in legentium animis aliquid nauseolae residat. Atque quid attinuit puerperii haud ita delectabile spectaculum minutatim expandere? Item absonum iudicandum est antiquitati bursa-

(Bursa Roma), cum sit bursa medii aevi vocabulum. Rectius fuit dicere sodalitatem, nec mihi liquet, cur scripserit Sironum, cum nemo nesciat, philosopho Epicureo, quem Vergilius et Horatius audierunt, nomen fuisse Sironi, itemque errat, cum Ovidium cecinisse dicit: «Cedite nunc Romani scriptores» etc. Haec sunt Propertii (II, 65, 66). Sed quid sunt hi naevoli in grandi, magnifico et singulari artificio perfecto opere? Nonne narrandi volubilitate ac facilitate, fabulandi copia et ubertate, orationis nitore, descriptionum evidentia, animorum atque ingeniorum subtilli explicazione legentium animi continentur suspensi tenentur? Certe contigit Iosepho Révay splendidissimum Romanae antiquitatis tempus nostrae aetati ex caliginoso ac nebuloso saeculorum intervallo in lucis candorem proferre. *Car. Ács Bp.*

**Carmina Hungarorum.** Reddita latine a *Iosepho Irsy.* Budapesti, anno 1938. Kir. Magyar Egyetemi Nyomda. Pag. 96. Auctor huius libri, *Iosephus Irsik*, haud ignotus est lectoribus maioribus «Iuentutis», nam bis fuit moderator ephemericis (a. 1915—1917 et 1927—1929). — Seriem multorum carminum, quae in «Iuentute» prodierunt, alias explens nunc publici iuris fecit. Poëtae, quorum carmina latine reddidit, sunt: Arany, Berzsenyi, Csokonai, Dayka, Faludi, Gyulai, C. Kisfaludy, Kölcsay, Lévay, Pap-Váry, Petőfi, Szemere, Szentmiklóssy, Thewrewk, Verseghy, Virág, Vittkovics, Vörösmarty. Quaedam carminum ipse composit. Singulis carminibus etiam glossae adduntur hungaricae et germanicae. In unoquoque carmine metra stricte servata sunt, nec non versuum clausulae inter se consonantes. Sed etiam verborum fabricator et inventor peritissimus esse merito putatur auctor noster, qui propter rythmorum volubilitatem in numero interpretum latinorum optimorum referri potest. Quod ut demonstretur, publicamus fabellam, qua Aesopum imitatur.

*Vulpes, lupus et hyaena.*

*Ingentem fraude nactam praedam lacerant  
Sub quercu opaca convescentes belluae:  
Lupus rapax, hyaena spurca, tertia,  
Vel multo magis prima, vulpes furcifra.<sup>1</sup>*  
*De ramis cur palumbes avolaverit?...  
Interrogat haec altam querum multavam.<sup>2</sup>  
Respondebat arbor indignata subdolae:  
«Non vult eodem degere sub tegmine  
Tecum, dolosa perfidaque bestia.»  
Interpellat deinde lupus arborem:  
«Quid spirat ventus ominoso in ramulis?»  
Responsum et isti querulus reddit respuens:  
«Tuum scelestum perhorrescit halitus.»  
*Hyaena tunc de rationibus huius  
Acerbitatis obiurgascit<sup>3</sup> illicem...  
«Cur tristis, reddit ilex, cur acerba sim?  
Tibi, tu bestiarum quoque dedecus,  
Tibi quod umbram denegare, nequeo.»  
*Huiusmodi trucicerudeles hospites  
Tuis diu si degerent sub frondibus,  
Tu, care lector, iudicares acrius...  
...***

<sup>1</sup> furcifera <sup>2</sup> longaevam <sup>3</sup> incipit obiurgare <sup>4</sup> truces-crudeles



Censor aenigmatum: Otto Schmied Vindobonensis.

## Solutiones aenigmatum numeri II.

1. pacem, anima, cives, emere, mas es.
2. Si vis pacem, para bellum!
3. ruite, Adolfus, silendo, Marti,  
tu, te, Mussolini, Hitler, redimus,  
eruditis, as, os, tu, en.
4. o, do, edo, dedo.

**Aenigmata recte dissolverunt:** I. In Hungaria: Stephanus Székely (*Rák.czianum*), Franciscus Balázs, Edmundus Cseh, A. Pallavicini (*gymn. Academicum*), Guilemina Haluskay, Anna Tauszig (*Veresianum*), Paulus Tolnay, Tiburtius Vénusz (*Scholae Piae*), Ladislaus Borza, Richardus Fehér, S. Fenyves, Rudolphus Geiger, Georgius Gonda, J. Holló, Tiburtius Mészáros, Georgius et Alexander Pál, Julius Papp, Michael Szabó, Robertus Wimmer (*Bolyayanum*), Ladislaus Keleti, Georgius Lénárd, Gustavus Neuhaus, Alexander Nikolits, Petrus Resofszki, Egon Rosner, Ladislaus Szabó, Josephus Végh (*gymn. IPEA*), Hermanna Alemann, Rita Békés, Thea Bihary, Margaretha Böröndy, Martha Csapody, Viola Czappán, Alicia Denk, Margaretha Grabits, Susanna Inotay, Eva Jobs, Ildico Markos, Eva et Veronica Mészáros, Veronica Rajka, Gabriella Sušits, Olga Thunner, Editha Uhlwurm, Josepha Véber, Marianna Vigh, Thea Bihary, Hadriana Eckert, Helena Engel, Juditha Farkas, Juditha Korányi, (IV. classis *Sophiani*), Juditha Angeli, Fedora Dietl, Helena Dura, Hedviga Gyimesy, Eszter Horváth, Maria Huber, Martha Károlyi, Helena Koltai, Margaretha Lukáts, Erica Palkovics, Editha Rothmeyer, Martha Stein, Aglaea Szemző, Eva Szendrey, Valeria Vendl (VII. classis *Sophiani*), Hilda Bántay, Aureola Berkényi, Catharina Brósz, Juditha Cservényi, Editha Fiedler, Marianna Fitz, Clarissa Hainiss, Palma Hollóssy, Alicia Héjj, Eva Hönsch, Magdalena Kiss, Susanna Molnár, Marianna Miklós, Clara Pálffy, Maria Pap, Susanna Péchy, Livia Rausch, J. Reigl, Maria R. Rozgonyi, Catharina Schmidt, Vera Seligmann, Jolantha Soltész, Anna Szeredai, Zita Taufenecker, Livia Törley, Eva Verebely, Sara Weber, Alexia et Alicia Zalay (*Sophianum*), Alexander Ritter *Budapestinenses*. Joannes Kondorosi, Bela Dusza *Csurgnenses*. Ladislaus Egressy, Emericus Ficzer, Gabriel Kiss, Andreas Madarász, Antonius Mertusz, Petrus Trillsch, Vincentius Varga, Gustavus Vongrey *Agrienses*. Tiburtius Ballázs, Franciscus Csonka, Fratres Kovacsics, Ladislaus Szalay, Ladislaus Agócs, Hilda Krasznay, Emericus Parragh, Otto Waldner *Gyöngyösenses*. Tiburtius Stinner *Jaurinen-sis*. Josephus Fejes *Kaposváriensis*. Joannes Kápolnai *Mezőkövesdiensis*. Gabriella Adamkovics, Gabriella Kozsely, Gisela Sikdy, Catharina Vadai *Mezőtúriensis*. Eva Bodnár, Prisca Czuppon, Maria Kovács (*Tóthianum*) *Miskolciensis*. Aureola Csató *Nagykörösiensis*. Maria Varga *Rákospalotana*. Josephus Buzaí *Szobiensis*. Maria Kónya *Sabariensis*. Ladislaus Javorik *Tatanus*. — In Batavia: H. Frederiks, Hermannus Meyer, H. Mulder, Joannes Rückers, Alb. v. d. Burgt, J. Konings, L. de Kort, Ant. v. Kuppenwald, W. Steenhof, Christ. v. Weegberg, W. Wenstedt. Carolus de Wiel (*Kaatsheuvel*). — In Germania: Guilelmus Fieber dr. *Vindobonensis*.

Praemium sorte Zitae Taufenecker, Catharinae Vadaí, Mariae Kovács, Aureolae Csató, Mariae Kónya, Mariae Rozgonyi, Tiburtio Mészáros, Alexandro Nikolits, Ladislaus Egressy, Emerico Parragh Tiburtio Vénusz, Tiburtio Stinner, Josepho Fejes, A. Pallavicini, W. Wenstedt obvenit.

### 1. Quadratum magicum.


1. 2. 3.

			A	A	C
1.			L	L	O
2.			O	R	S

1. Quis lucem dat cottidie  
(Aestate plus quam hieme)?
2. Hoc litus est maritimum.
3. Quid vinum est infantium?

O. S.

2.



A. Pallavicini disc. gymn. Acad. Bp.

### 3. Crux magica.

1. 2. 3. 4.

A	A	A	A
À	A	A	A
B	B	E	E
G	G	H	H
I	I	I	I
N	N	O	O
S	S	T	T
U	U	V	U

1. Est terra Hungarise carissima.
2. Quod est migrandi adhortatio.
3. «Qui debent aes», hoc nomen tribuo.
4. Europae terra potentissima.

O. S.

### 4. Logogriphus.

In silva duo pueri luserunt


Ac saepe vocem invicem iecerunt.

Sed dempto capite saevissima

In fugam ambos vertit bestia.

Guilelmus Fieber dr. Vindobonensis.

## 5. Crucigrama.

*ad libram:*

1. Imago diligentiae.
6. Et haec est vox pro nomine.
7. Idemque ne-utrius generis.
8. Pro copula hoc invenis.
10. «Tam multi» id significat.
11. Quo modo optime quis nat?
13. Quod est: «effundo lacrimas».
16. «Qui aquam fert» sic nominas.

*ad perpendiculum:*

1. Pro «tibia» hoc usurpat.
2. Est pars humani capitii.
3. Pro «consuetudo» invenis.
4. Sic numerus significatur.
5. «Qui adiuvat», sic nominatur.
8. Est copulans coniunctio.
9. Te alloquens adhibeo.
12. In templo hoc invenias.
14. Sic «cuprum» tu abbrevias.
15. Pro «iter facit» dicimus  
(Quod ultimum proponimus).

E consilio *Ladislai Kiss*  
disc. gymn. Agriensis.

*Nota.* Lectoribus minimis: 1—2, mediis maioribusque: 3—5.

**Terminus solutionum ad moderatorem (J. Wagner, Budapest, XI., Lágymányosi-utea 20) mittendarum Calendae Februariae.**

Solutiones aenigmatum singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistolae ad moderatorem mitti possunt. Quem sibi quisque ex his libris praemio solutionum dandis elegit, scribat ad moderatorem:

1. *J. Wagner:* I. Carmina Horatii selecta ad modos aptata (34 melodiae). — II. Dictionarium rerum modernarum Hungarico-Latinum. — III. Cantus de tympanista Germanico (cui clavichordium adest).

2. *O. Schmid:* I. Fröhliches Latein (aenigmata). — II. In veste Latina (carmina Germanorum). — III. Canticus Latine (carmina Germanorum).

3. *W. A. Becker* — *Aem. Láng:* Gallus (fabula Romanensis).

4. *Foederatio Stephanei:* Eucharistia et Sancti Hungarorum (editio illustrata).

5. *Florilegium Patriticum.* I. *Fray, C. Ács:* S. Augustinus, S. Ambrosius, S. Hieronymus.

6. Unus ex annis veteribus «Juventutis».

7. *Carmina Hungarorum.* Reddita latine a *Josepho Irsy*
8. *Pintér Jenő:* Magyar nyelvvédő könyv.
9. Magyar Sportalmanach.
10. Fekete remetéségem. *Agoston Julián* versei (lectoribus maioribus).

**Lectores ad cartamen invitantur.**

Qui certaminis participes esse volunt, scribant sub titulo *Quae mihi in «Juventute» maxime placeant?* Terminus: Calendae Februariae. Opuscula optima praemio afficiuntur.



**Corrigenda numeri III.** (Nov.): pag. 34: pro «venient mihi in mentem» lege: venit m. i. m. — pag. 40: pro «kalapszalag» lege: szalagrózsa. — pro: «per-uncetus» lege: perfunctus.

Quamquam gaudendum est numerum latine scribentium et magistrorum et discipulorum in dies magis magnis augeri, tamen moderator omnes socios impatiens orat rogatque, ne aegre ferant scripta sua non statim ediri posse. — *Flescarolus.* Epistolas Tuas tradidi Carolo Ács et Belae Eggenhofer, qui ambo per me Tibi salutem plurimam dicunt aguntque gratias pro imaginibus. — Edentur ordine scripta, quae discipuli miserunt: *Clara Deák, O. Stromszky, St. Krasz, J. Néveri, A. Pallavicini, T. Fülpöp, P. Vette, A. Csató, Th. Gergely, J. Sebő, G. Neuhaus, St. Balázs, St. Mező.* — *H. Mulder.* Jocus de venditore solanorum tuberosorum non est ridiculus. — *L. Javorik.* Dissertatio tua laudabilis, sed nimis longa est lectoribus minimis et mediis, maioribus autem tantum spatiis raro contingit. Tamen data occasione experiar publicare. — *J. Guelmino.* Fiet, uti desideras. Scripta tua, cuius discipuli non solum numero, sed etiam diligentia alios omnes superant, cum mihi, tum etiam lectoribus iucunda esse puto. — *J. Tóth.* Crede mihi: discipuli cantus tristes non amant. Joca tua certe omnibus placebunt. — *Th. Philips, Avenarius, H. Kochler, J. Vondel.* Nandus et Carolus Magnus proxime edentur, cum de Germania uberiori scribetur. — *Aem. Láng, R. Knubels, F. Turányi.* Res narrativaes, quales a Vobis accepi, discipulis maxime placent. — *J. Ágoston.* Exspecto commentatiunculam promissam «De recte legenda Juventute». — *J. Schwartz.* Narratiunculæ (vulgo: anecdota) in actis diurnis et in periodicis *Élet, Zászlónk, Képes Krónika, Uj Idők*, etc. editæ plerumque aptæ ad convertendum sunt. Priusquam tamen discipuli tui latine reddant, recenseas, ne quid detrimenti religio et mores capiant. — *I. M. Devine.* Novos lectores in Scotia salutamus. Mense Februario copiosius de Britannia scribemus. Tum spramus fore, ut etiam Vos manuscripta mittatis.

**Omnibus sociis lectoribusque «Juventutis» omnia fausta his festis Christi sollemnibus precamur.**

**Sumptibus Societatis Magistrorum Catholico-Rum Mediarum Scholarum. — A. Katolikus**  
**Középiskolai Tanáregyesület költségén.**

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)